



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Eius opera ad Alanum promouendum, Ibidem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

1583.

V. Imperato deinde *Edmundo Hayo*, & *Guilielmo Chreytono* Scotis qui  
 Scotiæ inuigilarentiuuandæ, hunc cum *Rodulpho Emersono* (qui fuerat *Cam-*  
*piano* itinerum focius) tentare iussit adutum: Is feliciter confectis negotijs  
 Aprilis mensis anni octogesimi secundi reuerlus, Romam petijt ad vltiora  
 de ea missione captanda consilia. *Personius* dum haeret in Galliis beneficentia  
*Ducis Guij.* domum parat excipiendis adolescentibus Anglis, atque ad la-  
 tini sermonis vulum instituendis *Augij.*, in finibus Normandiæ quâ Angliam  
 proximè sp̄cat, & quò paucarum horarum non difficiili traiectu possent  
 iuuenes delabi. Centum libras nostræ monetæ, hoc est, quadringen-  
 tos aureos Italicos, ex æratio suo Dux constituit quotannis persoluendos;  
 stetitque solutio dum ille viueret ad annum octogesimum octauum. Ea  
 domo constituta *Personius* in Hispanias profectus, Regi Philippo affi-  
 ciatam rei Catholici caulam tanta vi, tantaq[ue] au[toritate] explicit, vt bis  
 mille ducatos in singulos annos Rhemensi Seminario decreuerit, & vige-  
 fices, & quater mille *Iacobo Scotiae* Regi iterato numerari iussit, quo  
 adolescentem Principem conciliaret, & eius matrem in Anglia iusu Eli-  
 zabethæ cinctam custodibus solaretur: quod quanto studio egerit ipsius-  
 met literæ ad Chreytonum datae testantur his verbis. Ego ab anno octo-  
 gesimo, quo primùm in Angliam mandato Superiorum appuli, Regis  
 Scotiæ commodis studere omni qua potui ratione capi; & statim qui-  
 dem *Guilielmum VVaytes* Sacerdotem meis expensis in Scotiam ex An-  
 glia misi. Patrem deinde *Holtum* submisi: Et cum haec initia non ma-  
 le succederent, scripsi ad Reuerendissimum Patrem Nostrum vt aliquot  
 viri Societatis ex gente vestra in Scotiam mitterentur: cumq[ue] statutum  
 esset vt R. V. experiendi gratiâ præmitteretur, facilè recordabitur qua a-  
 animi alacritate Rotomago ei adfui; adeo vt locum vnicum quem habe-  
 bam mihi ipsi detraxerim vt Reuerentiam Vestram in Scotiam sequeretur. Re-  
 uertenti deinde Reuerentia Vestra neque consilio, neque opere vinquam  
 defui: Iter arduum ac difficultimum in Hispaniam, Olyssiponem usque lufce-  
 pi cum magno vitæ periculo; neque cum minori aliud deinde in Flandriam,  
 ac tertium denum Romanum usque. Atque haec omnia post Deum Regis Sco-  
 tiæ matrile que fuæ in gratiam, quibushicet ad vota quæ cupiebantur non esset  
 utilis opera mea, duabus tamen vicibus viginti quatuor aureorum millia à  
 Rege Hispaniæ in eorum vulum impetravi, & à summo Pontifice Gregorio  
 decimotertio quatuor millia: Cuiusmodi nescio an alij præstiterint offi-  
 cia: Horum tamen cogor mentionem facere vt eis opponam qui Regi  
 me Scotiæ aduersarium faciunt: Ad quos refutando nemo testis locu-  
 pletior esse potest quam Reuerentia Vestra, quæ haec omnia nouit, & me-  
 minisse potest. Haec *Personius*. Qui & *Alano* apud Catholicum Regem  
 laudato stravit viam ad Cardinalis dignitatem; quâ deinde auctus, So-  
 ciетati vniuersitæ, atque imprimis *Personio* acceptam eam refert haec scri-  
 bens ad eum quem sibi in Rhemensi Seminario Præsidem substituerat.

Læta

Personius  
 imperat  
 domiciliū  
 iuuenibus  
 Anglis  
 Aug.j.

Profici-  
 tur in His-  
 panias,

Literæ Per-  
 sonij ad  
 Chreyto-  
 num de  
 scotia,

Promouet  
 & Alanum  
 ad Cardi-  
 nalatum,

"Læta vobis est & iucunda mea promotio ; sed ex hac quantamcunque læti- 1583.  
tia causam habetis, eò magis vos omnes quibus ego tam carus sum, nouo vin- Epitola ad  
culo tenemini amoris & gratitudinis erga Societatem vniuersam ; nomina- Dominum  
tim vero erga antiquum nostrum & singulariter bonum Patrem, & præci- Thomas  
puum cooperatorem ; proximè enim sub Cælo, Pater *Personius* fecit me Bayl. y.  
Cardinalem.) Tum redeuntem ex Lusitania morbus opprescit in Cantabria,  
detinuitq; Bilbai hyberno tempore. Hyeme exacta reuersus in Gallias, Rho-  
to magi plerunq; contedit, atque tum Seminario Augiensi promouendo, tum  
libris edendis, tum aliis tractandis negotiis quæ ad fidem Religionemq; am-  
plificandam facerent, quæ poterat opera studioque incubuit. Quam vero ne-  
cessaria quamque utilis fuerit eius in Galliis diuturnior commoratio ex ipsius  
met literis Parisijs (quò per interualla excurrebat) ad Rectorem Collegij An-  
glorum de vrbe scriptis poterit amicus lector doceri, quæ sic habent.

VI. iam ante intellexisse arbitror Vestram Reuerentiam Superiorum Q. 2. 1583.  
me iussu his in locis ad tempus fuisse; cùm propter negotia quædam commo- Epitola ad  
dius expedienda, tum nè mea prælentia, inimicis odiosissima, amicis existeteret Dominum  
gravioris caula pressuræ. Id enim tentiebant Catholicæ plerique cedendum  
eße aliquantulum temporis, nec iam voluntati meæ latisfaciendum proprio  
quæ desiderio, quæ re ipsa cauæ vniuersalis etiamento seruendum. Cùm  
ergo nuper in Anglia res essent perturbatissimæ, & furiosa quædam hære-  
ticorum violentia tantum præualeret ut media quædam nostra & instru-  
menta præcipua, quibus causa Dei promouebatur interciperentur, co-  
quæ processislet furoris æstus, vt omnia sùque deque verterentur' mei v-  
nius quærendi caula, quod (præter molestiam quæ omnibus inferebatur)  
fuit etiam fratribus meis & compresbyteris periculolum, qui sæpissimè ca-  
piebantur dum ego quærerer, vilum fuit in has me partes vicinas ad tempus  
recipere, vbi cùm aliis minus molestus & periculosis, tum caulæ seu æquæ  
necessarius seu forte utilior esse possem. Itaque eâ sum hic conditione  
modò ut licet in Anglia non sim Anglicana tamen cogitem tractemque  
quotidie nihilq; e magis expecto seu expeto, quæ ut quamprimum liceat per  
eorum bonam veniam in Angliam reuerti quorum hic seu desiderio, iudicio-  
que, seu imperio retineor. Interim cursum nostrum prosequimur ex his locis,  
nec vñquam mirabilior quæ modo prouentus. Vix est credibile quod nar-  
rant nostri de augmento Catholicorum hoc ultimo anno, posteaquam libros  
quodam legerunt de rebus spiritualibus scriptos, Sacralque Scripturas Ca-  
tholicæ in nostrum idioma conuersas atque interpretatas. Rerum intelli-  
gentes viros prudentesque constanter affirmantes audio existimare se, Ca-  
tholicæ esse modò duplo plures in Anglia quæ ante annum fuerint; hoc  
quæ sit probabile ex eo coniisci poterit, quod ex duobus Sacerdotibus receter  
huc ex Anglia negotiorum caula missis alter testatus sit, se quatuor Sacerdotes  
non esse qui in una sola Provincia (quæ Hamptonia dicitur) plusquam qua-  
dringentos reduxerunt ad Ecclesiæ gremium post ultimum festum Paschatis,

Q. 2.

Hinc